Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab Anno Domini D.XVIII. perducitur vsque ad Annum D.XC. nempe ab Anno primo Iustini Senioris, vsque ad quintum Mauritij Augusti. Complectitur annos LXXIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 525. Ioannis Pap. Annus 2. Ivstini Imp. 8. Theodorici Reg. 33.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14926

Visual Library

[illegible]ſcripſit de duplici prædeſtinatione, in cuius operis præfatione queritur de iis, quæ apud Carthaginem à calumniatore paſſus eſſet: quem licet ipſe noluerit nominatione [illegible], eius tamen diſcipulus in vita ipſius Fabianum appellat. [illegible] præfatur enim ita Fulgentius: *Quoniam aduerſus cuiuſdam hæretici [illegible] reſpondere compulſus ſum, qui non ſolum meum nomen ſub Photiniani erroris nota non dubitauit [illegible], quinetiam ſanctorum Auguſtini & Hieronymi dicta [illegible] profeſſioni contraria in me voluit [illegible]. Cuius [illegible] literis inſinuare diſtuli, ſed potes ipſe procul dubio recordari. Nam illa te nobiſcum apud Carthaginem poſito, [illegible] ablata ſunt; & ſi bene recolo, etiam ad tuam notitiam peruenerunt: nihil enim te ibi poſito legere poſſem, quod [illegible] offerre non poſſem. Eoſdem igitur libellos, ſi [illegible] valuerit, veſtræ charitati celeriter deſtinabo, &c.* Iam [illegible] (vt dictum eſt) ſub Hormiſda Pontifice fuit [illegible] Fulgentio aduerſus Pelagianos errores per Fauſtum Regienſem clanculum reſtitutos pugnandum, [illegible] ſeptem libris eiuſdem virulentos ſub foliis latentes ſerpentes extinxit. Fuerunt autem dicta aduerſus Fabianum Fulgentii ſcripta nouiſſimi ipſius partus, eorum [illegible] quorum memor a ſit. Quando vero contigerit ipſum ad ſuperna vocari, ſuo loco dicemus.

IESV CHRISTI
Annus 524.

IOANNIS PAP. Annus 1. · IVSTINI IMP. 7. · THEODORICI REG. 32.

CHRISTI annus quingenteſimus vigeſimus quartus Conſulatu ſecundo Iuſtini Auguſti cum Opilione collega aperitur, quo eiuſdem Iuſtini Imperatoris [illegible] menſe [illegible] abſoluitur annus, & ſeptimus inchoatur: cum idem Imperator Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſſimus, vt omnes ſuis edictis rurſum exagitaſſet hæreticos, Arianos vero ob fœdus initum cũ Theodorico Rege [illegible] memor diuinæ legis a prohibentis, ne cũ [illegible] fœdus aliquo modo ſanciretur, & Arianos [illegible] eſt, qui hactenus magna libertate in Oriente [illegible]. Non tamen igitur ſexto ſui Imperii anno [illegible], ſub hoc ipſius Conſulatu ſecundo, aduerſus [illegible] Gothos (vt antea feciſſe diximus) [illegible] edicto, Arianos exagitauit vniuerſos. De [illegible] hæc in Miſcella *b*: *At vero in Orientis partibus, [illegible] tempore per ſingula loca hæreſis Ariana vigeret, [illegible] Imperij anno ſexto Orthodoxæ fidei ſtudio [illegible] cœpit, vt hæreticorum nomen extinguere[illegible], vt vbique eorum eccleſias Catholica religione [illegible]* hæc ibi: quæ vero iis ſubiiciuntur de legatione à Theodorico Rege miſſa, non ante ſequentem annum [illegible].

[illegible] Theodoricus Italiæ Rex indigno [illegible] animo tulit: nam ipſe præ cæteris inuigilabat [illegible] Arianæ patronus: Arianorumque protector: qui [illegible] compenſationis iure eorumdem Arianorum [illegible] ab Orthodoxis redemiſſe videri [illegible], dum in Italia, & in aliis, quibus præerat regionibus, nullam vnquam religionis cauſa Catholicis [illegible] ſed de iiſdem bene meritus ſæpe fuiſſet, & ipſam Romanam Eccleſiam à ſchiſmaticorum [illegible], atque alia (vt vidimus) præſtitiſſet, quæ vix à Catholicis Principibus impetrari potuiſſent. [illegible] inquam, in memoriam ipſe reuocans, & admodum [illegible] animo verſans pro ſuis Arianis in Oriente [illegible] valde ſollicitus (illi enim eius implorabant auxilium, crebris ipſum legationibus excitantes) apud Iuſtinum Imperatorem pro eorumdem libertate agere cœpit. Litteris itaque ea de re hoc anno vltro citroque redditis, cum ſe minime, quod optabat atque petebat, conſequi poſſe aliquo pacto videret, potentiori [illegible] agere cogitauit, nempe legationibus iiſdemque efficaciſſimis, nimirũ vt cum proceribus, [illegible] impelleret ad ſuſcipiendũ legationis munus Ioannem Romanum Pontificem, futurum apud Imperatorem pacis mutuæ conſeruandæ ſequeſtrem, comminatus, niſi delegatam ſubiret prouinciam, ſe in Occidente aduerſus Orthodoxos illa facturum, quæ in Oriente aduerſus ſuos Arianos legibus Iuſtini Auguſti eſſe decreta ſciuiſſet.

III. Summa quidem Iuſtinus laude dignus habendus, dum plus detulit religioni, quam cuiuis cauſa regnandi prætextui: dum non timet potentiſſimum Regem fœdere iunctum in ſe concitare, à quo tum ipſe, tum prædeceſſores Imperatores precario pacem redemerant. Quanti enim facere conſueuerint Orientales Imperatores Regem Theodoricum, accipe ex epiſtola *c* Theodati Regis ad Iuſtinianum Auguſtum: *Conſiderate* (inquit) *Principes docti, & abaui noſtri hiſtorica monumenta recolite, quantum deceſſores veſtri ſtuduerint de ſuo iure relinquere, vt eis parentum noſtrorum fœdera prouenirent. Æſtimate qua gratia debeant oblata ſuſcipi, quæ conſueuerunt poſtulari &c.* Vides igitur, quanto ſuo periculo Iuſtinus Imperator religionis cauſa contempſerit barbari Regis potentiam, cũcta religioni poſthabens, illud vnum exiſtimans eſſe regnandi præſidium, ſi religioni optime conſulatur. In his itaque præſens annus inſumptus eſt. Quomodo autem ſequentis anni veris initio Ioannes Romanus Pontifex vna cum Imperatoris legatis Conſtantinopolim profectus eſt, ſuo loco dicturi ſumus, ſed & quam magno id ſuo Theodoricus tentauerit detrimento, ipſa rerum geſtarum tractatio perſpicuo declarabit.

c apud Caſſiodo. lib. 10. epiſt. 2.

IESV CHRISTI
Annus 525.

IOANNIS PAP. Annus 2. · IVSTINI IMP. 8. · THEODORICI REG. 33.

I. DE LEGATIONE IOANNIS PAPÆ CONSTANTINOPOLIM.

VIgeſimo quinto Chriſti anno ſupra quingenteſimum, Conſulibus Probino atq; Philoxeno, Ioannes Romanus Pontifex, præter morem prædeceſſorum, à Theodorico Rege Italiæ ira exæſtuante ob Arianos ſuos in Oriente eccleſiis ſpoliatos, ſubire cogitur legationem Conſtantinopolim ad Iuſtinum Imperatorem. Id quidem hoc anno accidiſſe, ex epiſtola ipſius Ioannis ſequenti anno ad Epiſcopos Italiæ data colligitur, vt ſuo loco inferius apparebit. Porro eiuſmodi Ioannis legationem Marcellinus in Chronico paucis in creatione ipſius Ioannis perſtringit his verbis: *Theodorico Rege pro Arianorum ſuorum cærimoniis laborante, ſolus dumtaxat Romanorum ſibi deceſſorum Vrbe digreſſus, Conſtantinopolim veniens, miro honore exceptus eſt. Dexter dextero Eccleſiæ ſedit ſolio, diemq; Domini noſtri Reſurrectionis plena voce Romanis precibus celebrauit.* hæc Marcellinus, non eo, quo geſta ſunt, anno recolens, ſed dum de Ioannis Sedis initio habuit mentionem. Verum quod pertinet ad eiuſdem legationis cauſam, ex Boetii ſcriptis ſatis poteſt intelligi, illam quoque interceſſiſſe, quod apud Theodoricum Regem Senatus Romanus criminis maieſtatis reus effectus, in ſuſpicionem adductus eſt, aliqua cum Iuſtino Imperatore moliri ſecreta. Sed de his inferius.

II. Cæterum ſcimus ſanctiſſimum Pontificem acerbas ſubire calumnias, ipſum pro reparandis rebus Arianorum collapſis eo munere functum eſſe. Tu autem veri amator, eſto æquus arbiter, lector. Anaſtaſius Bibliothecarius, miſſum à Theodorico, Ioannem Conſtantinopolim eſſe profectum affirmat, dum ait: *Theodoricus Rex hæc audiens,* nempe ablatas ab Arianis in Oriente iuſſu Iuſtini Imperatoris eccleſias *exarſit in iram, & totam Italiam voluit gladio extinguere. Eodem tempore Ioannes Papa ægrotus egreſſus cum fletu ambulauit, pergens ad vrbem Conſtantinopolim, & Senatores cum eo ſuli, et Theodorus, Importunus, & Agapetus Exconſules, & alius Agapetus Patricius, accipientes hoc in mandatu legationum ab ipſo Rege, vt redderentur eccleſiæ hæreticis in partibus Orientis: quod ſi non faceret, totam Italiam gladio perderet. Qui cum ambulaſſent cum Ioanne Papa, &c.* Suadente itaque & cohortante, im-

COMITES IOANNIS PONT.

mo & impellente Theodorico rege, eiuſmodi peregrinationem eſſe ſuſceptam, ipſe quoque Ioannes in epiſtola ad Italiæ Epiſcopos teſtari videtur, de qua inferius.

III.

Adegiſſe putauit minis Romanum Pontificem perfidus Arianus ad eam obeundam ſuorum cauſa Arianorum legationem, atque ad maledicendum Dei populo, ſi non pretio, timore tamen induxiſſe nouus Balac *a*, ſed non inuenit Balaam, quem quærebat. etenim præter opinionem incidit in Ioannem Herodes, quod potius iugulum ſciret ſubdere ferro, quam flectere animum impietati, illud profunda mente fixum retinens, quod ille, cuius ſucceſſor in Sede eſſet, fuerat Petrus coram Concilio prælocutus *b*: *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.* At licet inuitus atque præter conſuetudinem diuelleretur ab Vrbe, haud tamen robur ſacerdotale deſeruit, quicquamue imminuit Pontificiæ dignitatis, quam perſecutio non obſcurare, ſed illuſtrare potius conſueuit. Comitantur plures abeuntem Romanum Pontificem, cum eodemque proficiſcitur diuina potentia in operatione ſignorum, quæ eum cunctis redderet admirandum. Audi enim, quæ eidem Ioanni in itinere poſito contigiſſe ſanctus Gregorius narrat *c*:

a Num. 22.
b Act. 5.
c Greg. dialog. lib. 3. cap. 2.

IV. QVID IOANNI PAPÆ APVD CORINTHVM ACCIDERIT.

Gothorum tempore, cum Ioannes vir beatiſſimus huius Romanæ Eccleſiæ Pontifex ad Iuſtinum Seniorem Principem pergeret, in Corinthi partes aduenit: cui neceſſe fuit, vt in itinere ad ſedendum equus requiri debuiſſet. Quod illic quidam vir nobilis audiens, equum, quem præmagna manſuetudine eius coniunx ſedere conſueuit, ita ei obtulit, vt eo ad loca alia perueniente, cum alium equus potuiſſet inueniri, deberet ille, quem ſederat, propter ſuam coniugem tranſmitti. Factumque eſt, vt vſque ad certum locum prædictus vir, equo eodem ſubuehente, perductus eſſet: qui mox vt alium reperit, illum, quē acceperat, tranſmiſit. Cumque eum prædicti nobilis viri coniunx ſedere ex more voluiſſet, vltra non valuit: quia poſt ſeſſionem tanti Pontificis mulierem ferre recuſauit. Cœpit namq; immenſo flatu & fremitu atque inceſſanti totius corporis motu quaſi deſpiciendo prodere, quia poſt membra Pontificis mulierem ferre non poſſet. Quod vir eius prudenter intuitus, hunc ad eumdem venerabilem virum protinus remiſit, magnis precibus petens, vt equum ipſe poſſideret, quem iuri ſuo ſedendo dedicaſſet. hæc de equo Gregorius: quæ cum Nouator calumnioſe miraculi loco non ducat, audi, quod ſubiicit, ab eodem Pontifice cæcum fuiſſe illuminatum. ait enim: *c*

V. QVOMODO A IOANNE PONT. ILLVMINATVS.

De quo etiam illud mirabile à noſtris ſenioribus narrari ſolet, quod in Conſtantinopolitana vrbe ad portam, quæ vocatur Aurea, veniens, populorum turbis ſibi occurrentibus, in conſpectu omnium roganti cæco lumen reddidit, & manu ſuperpoſita oculorum tenebras fugauit. hæc breuiter Gregorius, quæ Græcorum penicillus coloribus variis exornaſſet: ſed gaudet magis nuda ſimplex abſque fuco ſpectari veritas. Hiſce igitur miraculis præcurſantibus, voluit Deus Romanum Pontificem, quam honorificentiſſime recipi. Quis illi negaſſet obſequium, quem brutum etiam iumentum, cognoſcens poſſeſſorem ſuum, eo quo potuit modo viſum eſt honorare? Quis adeo impietatis offuſus caligine ad redditum cæco viſum, amplius cæcutiret? At quomodo à Conſtantinopolitanis exceptus fuerit, audi Anaſtaſium:

VI. OCCVRRVNT CONSTANTINOPOLITANI IOANNI PAPÆ.

Occurrerunt, inquit, *beato Ioanni Papæ à milliario duodecimo omnis ciuitas cum cereis & crucibus in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli: quia veteres Græcorum hoc teſtificabantur, dicentes: A tempore Conſtantini & beato Silueſtro Sedis Apoſtolicæ Epiſcopo vſque ad Iuſtini tempora non meruiſſe, &c.* nam nullum vnquam viderat Oriens Romanum Pontificem, niſi Clementem, cum inde tranſit relegatus in Cherſoneſum. Sed pergit: *Tunc Iuſtinus Imp. dans honorem Deo, humiliauit ſe pronus in terram, & adorauit beatiſſimum Ioannem Papam.*

VII. QVOMODO RECEPTVS IOANNES PONT. FEX.

Eo tempore beatiſſimus Ioannes cum Senatoribus ſupraſcriptis cum grandi fletu rogauerunt Iuſtinum Auguſtum, vt legatio eorum acceptabilis eſſet in conſpectu eius. Qui Ioannes Papa & Senatores viri religioſi omnia meruerunt, & liberata eſt Italia à Theodorico Rege hæretico. Iuſtinus autem Imperator gaudio repletus eſt, quod meruit temporibus ſuis Vicarium beati Petri Apoſtoli videre in regno ſuo: de cuius manibus cum gloria coronatus eſt Iuſtinus Auguſtus. licet enim ſimul ac electus eſt in Imperatorem, à Ioanne eius ciuitatis Epiſcopo fuerit diademate inſignitus, tamen & illud ipſum ab ipſo Romano Pontifice ſuo voluit, pietatis ergo, capiti ſuperimponi. Eadem fere omnia, quæ Anaſtaſius, Miſcella quoque habet hiſtoria: ſed addit, Iuſtinum Imperatorem precibus permotum legatorum, Arianis iura ſua reliquiſſe: an autem iſthæc veritate ſubſiſtant, attentius diſquirenda ſunt.

VIII. CALVMNIA IN IOANNEM POTENTISSIME DILVITVR.

Si nulla prorſus ſcriptorum antiquorum auctoritate hæc ipſa poſſent redargui falſitatis; ſatis quidem quemlibet licet ab aduerſariorum partibus ſtantem ipſa adeo patens ratio perſuadere ſufficiet. Quonam pacto egiſſe potuit ipſe Ioannes de reſtituendis ablatis eccleſiis Arianis, idemque fuerit ab Imperatore Iuſtino conceſſum, ſi iam ex eius ſententia negotio bene geſto, in Ioannem adeo exacerbatus eſt Theodoricus, vt ipſum redeuntem in carcerem detruſerit, ibique eum mori coegerit? Si enim ex optato Theodorici Regis per Ioannis impertitum officium redditæ omnes in Oriente fuerunt eccleſiæ Arianis: par erat, vt redeunti Ioanni tamquam liberatori ſuarum gentium ipſe Theodoricus occurreret, eidemque publicos honores decerneret; & ſi non triumpho, ouatione ſaltem, comitatu totius Gothorum exercitus, idem Pontifex inferretur in Vrbem: cum tamē ob rem ab eo contra Arianos pertractatam, eumdem, indignans & furens, nec dignum putauerit Vrbis aſpectu, nec vita quidem, quam coegit Rex violentus, amittere. Ex carcere igitur & irrogata Ioanni nece à Theodorico tyranno, certum patenſque oſtenditur argumentum, nō quæ Arianus Rex voluit, ab ipſo Conſtantinopoli eſſe peracta, ſed quæ noluiſſet implera, nec quæ illi placerent, ſed quæ maxime diſplicerent impio Ariano, ab eodem Romano Pontifice eſſe tranſacta: quæ quidem adeo perſpicua nemo non videre, diſſimulare, poteſt.

IX. CERTA PROBATIO INTEGRITATIS IOANNIS PAPÆ.

Hæc igitur etſi ſufficiens, ac plus ſatis abundans, & neceſſario penitus perſuadens ratio videri poſſit: accedant adhuc firmiſſimæ auctoritates. Quid firmius atque ſolidius ad id probandum deſiderari poteſt, quam publica ad omnes Italiæ Epiſcopos tunc ſcripta ab ipſo Ioanne Papa circularis epiſtola, in qua hæc ipſa leguntur verba: *Eccleſias vero Arianorum vbicumque inuenerimus, Catholicas eas diuinis precibus & operibus abſq; vlla mora conſecrate: quia & nos quando fuimus Conſtantinopoli tam pro religione Catholica, quam & pro Theodorici Regis cauſa & negotiis, ſuadente & hortante, Arianoſq; extirpante piiſſimo atque Chriſtianiſſimo Iuſtino Orthodoxo Imperatore, quaſcumq; illis in partibus eorum eccleſias reperire potuimus, Catholicas eas (Domino opem ferente) conſecrauimus.* hæc de rebus à ſe geſtis Conſtantinopoli apud Imperatorem Romanus Antiſtes ſcripſit (vt ſuo loco dicetur) anno ſequenti. A quonam hæc certius dici poſſunt, quam ab ipſo, qui egit? & quorum ſcriptorum genere fidelius probari valent, quam publica patenti, cunctiſq; nota data ab eodem epiſtola?

X. ROBORANTVR QVÆ DICTA SVNT.

At ne qua vel leuis ſaltē de impoſtura ſuſpicio in aduerſariorum refractariam mentem ſurrepere poſſit, vt vel animo quis eorum fingere valeat, epiſtolam illam ſpuriam eſſe atq; ſuppoſitā: accipe tantæ veritatis teſtem eiuſdem ſæculi ſcriptorem Gregorium Turonenſem, eadem ipſa diſertis verbis teſtantem, cum ait in libro quem ſcripſit de Gloria martyrum *d*, nullam aliam ob cauſam eum detruſum in carcerem, coactumq; ibi in ærumnis vita perfungi, quam quod Arianorum eccleſias in Catholicas conſecraſſet. Reddemus ſuo loco verba ipſius Gregorii, vbi de eiuſdē Ioannis Papæ obitu agetur anno ſequenti, cum ad eum inſinuandum tota illa Gregorii narratio ſpectet. Habes igitur lector, quo gaudeas (ſi veritatis amator & cultor es) dum non ſolū à turpiſſima præuaricationis labe purgatum omnino Ioannē, ſed confeſſionis operibus mira claritudine decoratum oſtenſum, luce perſpicua intueris: quem & eadem ex cauſa glorioſo auctum martyrio exhibebimus anno ſequenti.

d Greg. Turon. de Gloria mart. c. 40.

Toto

Totum, hoc anno integro detentum ipſum Pontificem Conſtantinopoli à Iuſtino Auguſto, in ſacris, quæ [?] Dalmatis [?] ſuſtinuit, ſollicitudinibus occupatum, apparet.

XI. Cum interea de Romano Pontifice iſta audiſſet Theodoricus (vt ait Anaſtaſius in Ioanne) in nobiliſſimos Senatores gladium Romæ conuertit. Sed accipe eius verba: *Eodem autem tempore, cum ſupraſcripti, Ioannes Papa, cum Senatoribus Theodoro, Importuno, & Agapeto (Agapeto Patricio defuncto Theſſalonicæ) poſiti Conſtantinopoli eſſent, Theodericus Rex hæreticus tenuit duos Senatores præclaros & Exconſules, Symmachum & Boetium, & occidit, interficiens gladio.* hæc Anaſtaſius: eadem in Miſcella leguntur, in eo tantum diuerſa, dum ibi horum factam cædem eſſe, cum reuerſuri iam legati eſſent, aſſeritur. Verum cum ex ipſius Boetii ſcriptis conſtet, ipſum antea proſcriptum, exulemque miſſum eſſe Ticinum, vbi arcta cuſtodia teneretur; Symmachum vero interea abſque læſione libere Romæ degiſſe: non hoc quidem, ſed ſequenti anno eorumdem necem contigiſſe ſatis apparet.

XII. *Liberat. de cauſ. c. 4.* Cauſam vero Boetii proſcriptionis illam ipſemet ſuiſſe teſtatur, quod innocentem Senatum maieſtatis crimine poſtulatum defenderit ac liberauerit, alioſque clariſſimos ciues reos capitis è gladio ceruicibus imminente ſubduxerit: his acceſſit, quod calumnioſe per aduerſarios factum, vt ſuo nomine litteræ vulgarentur, quibus ſignificabantur ipſius conatus de reſtituenda in ſtatum priſtinum collapſa iacente Romana Republica. hæc, inquam, ex eius ſcriptis probata ſatis habentur, de quibus agendum anno ſequenti. Ex his intelligis, non fidei cauſa, ſed regnandi iure Theodoricum eſſe commotum, ſuſpectoſque ipſi Romanos redditos conſpirationis occultæ cum Iuſtino Imperatore, cuius rei cauſa potiſſimum ab eodem (vt dictum eſt) miſſa fuerit tanti momenti legatio Conſtantinopolim. At de his modo hactenus: ad eam Orientalium narrationem accedamus.

XIII. Hoc anno Antiochena ciuitas diu hæreticis proſtituta, Neſtorii ac Neſtorianorum primo facta aſylum, inde ſub Petro Fullone Eutychianorum ſchola, demum vero ſub Seuero Theopaſchitarum proſtibulum, ſuſcepit è de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis, potata calice iræ furoris eius. Quomodo autem id acciderit, hæc primum accipe, quæ à Marcellino ſub huius anni Conſulibus adnotantur: *Totam Antiochiam Syriæ ciuitatem repens inter prandentium ora terræmotus inuaſit, atque etiam occiduam vrbis, magnamque eius partem, ſiniſtris mox ventis vndique flantibus, flammisque cequiis [?] arte pro tempore aſtuantes ruentia in ædificia miſcentibus, duplex totidem exitium impertiunt. Euphraſium quoque loci huius Epiſcopum, dempto eius capite, combuſto ſimul obruit ſepulchro: ab[?] Ciuitas vniuerſo & humi defoſſo.* hæc Marcellinus ſui temporis res ſcribens. Euagrius eamdem proſecutus cladem, cum ipſam accidiſſe dicit anno ſeptimo Iuſtini Imperatoris, menſe Maio plane ſuadet, vt non anno ſuperiori, quo cœpit menſe Iulio ſeptimus annus eiuſdem Imperatoris, ſed præſenti, quo eodem menſe deſiit, collocemus.

XIV. Fuit autem ſemper Dei clementiæ, vt vltionem aliquam grandem immiſſurus in populum, deſuper eam alicui ex ſeruis ſuis ante ſignificaret: ita namque cœleſti igne cōbuſturus quinque illas in Palæſtina ad mare mortuum olim poſitas ciuitates, illa ad fidelem Abraham eſt prælocutus e: *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?* Quamobrem venturam hanc cladem notam fecit Dominus magno illi ſanctitate celebri Theodoſio cœnobiarchæ, de quo ſuperiori tomo plura locuti ſumus. Cyrillus res ab eo geſtas proſecutus, hæc de his habet f: *Iam vero qualis fuerit in futurorum præſcientia Theodoſius? Oportet enim paucis, quæcumque ſunt aliis oſtendere, & velut coram guſtum præbere, vt ſit etiam manifeſtum omnibus, quomodo ſictus[?] nullus ex his quæ virtute geruntur, ita nec thariſmatum ſeu gratiarum donorum fuit expers. Iuſſit aliquando [?], vt præter ſolitam horam pulſaretur lignum, (nondum enim erat hora diei ſecunda) & præcepit, vt fratribus ſignificaretur ſynaxis. Illi autem conuenerunt quidem; neque enim poterant contradicere, vt qui optime didiciſſent obedientiam. Cum autem fuiſſent congregati, rogabant, cur conueniſſent ante tempus. Ille autem (ô puram animam! ô oculos, qui omnia procul aſpiciunt!) flebiliter ingens & miſerabiliter: Orandum eſt, inquit, ô Patres, orandum eſt. Video enim iram Domini, quæ iam mouetur aduerſus Orientem. Hæc ille quidem dixit. Illi autem tunc quidem neque videbant aliquid, neque vna cum eo dolorem accipiebant: quoniam non iiſdem, quibus ille intuebantur oculis. Sexto autem aut ſeptimo die poſtquam prædixerat, auditum eſt Antiochiam fuiſſe magno terræmotu euerſam illo tempore, quo prædixerat ille magnus; totque ornamenta tantamque cecidiſſe ſpeciem & pulchritudinem, & in vilem puluerem redactam iacere ciuitatem, quæ neque tanto caſu dignas conſecuta eſt lacrymas, neque luctum, qui exæquaretur calamitati. Atque talis quidem fuit eius præſcientia.* hæc de eo Cyrillus.

XV. *g Euag. lib. 4. cap. 7.* REVELATA ZOSIMO CLADES ANTIOCHENA. Quid præterea Zoſimo viro ſancto tunc pariter oſtenium fuerit, Euagrius ita narrat g: *Zoſimus quidem genere Phœnix ex Sinda pago Phœniciæ ortus (qui pagus non abeſt Tyro viginti ſtadia) qui monaſticum vitæ genus excolens, ita ſe tum abſtinentia à cibis, tum iiſdem capiendis, tum aliis virtutibus, quæ in eius vita elucebant, Dei gratiam ſibi conciliauit, vt non modo res futuras præuideret, verum etiam ab omni perturbatione liber & vacuus exiſteret. Cum forte fortuna cum nobili quodam viro Patricio & prudentia eximia, nomine Archeſilao, qui & præclaris honoris inſignibus & cæteris vitæ ornamentis egregie decoratus fuit, Cæſareæ vrbis Palæſtinæ primariæ verſaretur, ipſo temporis articulo, quo Antiochia cecidit, ſubito ingemiſcere, grauiter lamentari, & ſuſpiria ex intimo pectore ducere cœpit, tantamque vim profudit lacrymarum, vt terram madefaceret. Deinde thuribulum poſtulat, & toto choro, in quo ſimul conſiſterunt, thuris incenſi nidore perfuſo, ſe proſternit humi, precibus & orationibus Deum placaturus. Tum Archeſilao ſciſcitanti, quid eſſet, quod eum tantopere perturbaret? liquido reſpondit, fragorem ruentis Antiochiæ iam tum eius auribus circumſonuiſſe: adeo vt Archeſilaus, & alii, qui forte aderant, præ admiratione obſtupeſcentes, ipſam horam, quare [?] gerebatur, litteris mandarent, reperirentque poſtea ita ſe habuiſſe, vt Zoſimus declarauerat.* at de Zoſimo hactenus, ad eum iterum reuerſuri: proſequamur modo, quæ ſunt reliqua eiuſdem cladis Antiochenæ, quæ ab eodem h Euagrio ita narrantur, incipiente ab incendii venturarum cladium præludiis.

XVI. *h Euagr. lib. 4. c. 7.* ANTIOCH. EXCIDIVM PER TERRÆMOTVS. *Iiſdem temporibus, regnante Iuſtino [?], grauia crebraque incendia Antiochiæ contigerunt, velut prænuncia terræmotuum valde terribilium in ea ciuitate ſtatim conſecutorum, & aliarum etiam calamitatum præuia. Nam breui tempore poſt, anno ſeptimo regni eiuſdem Iuſtini, Artemiſio videlicet, id eſt Maio quarto Kalendas Iunii, die Veneris, in ipſo meridie, conquaſſatio & terræmotus vrbem occupant, parumque aberat, quin totam penitus euertiſſent: quæ duo ſequebantur incendium, quaſi calamitatem cum illis partiturum. Nam quas res illa non attigiſſent: incendium eas depaſcens, prorſus abſumpſit, & in cineres redegit. Quæ autem ciuitatis partes hac clade labefactatæ fuerint, & quot mortales incendio & terræmotu (ſicut veriſimile fuit) vaſtati: quam præterea graues caſus, quamque miri, qui certe nulla dicendi facultate exiſtimari poſſunt, ei temporis contigerint, tam luctuoſo orationis genere à Ioanne rhetore explicantur, vt cuiuſque animum magnopere commouere poſſint: qui quidem iſtis commemoratis, finem hiſtoriæ ſuæ impoſuit.*

XVII. DE OBITV EVPHRASII EPISC. ANTIOCHENI. *Poſtremo omnium Euphraſius* Antiochenæ ciuitatis *Epiſcopus (cuius mors aliam nouam calamitatem attulit ciuitati) iiſdem cladibus oppreſſus interiit, ne quiſquam reliquus fieret, qui vrbi res prouideret neceſſarias. Verum ſalutaris Dei erga humanum genus prouidentia, quæ ante plagam inflictam remedia parare, & gladium iræ ſuæ demulcere, & cum res ad deſperationem venerint, ſuæ miſericordiæ quaſi fores aperire ſolet: Euphraimium Orientis præfecturam gerentem ad curam de vrbe illa ſuſcipiendam, quo nulla ei res deeſſet neceſſaria, excitauit. Itaque Sedes Apoſtolica, velut merces & præmium tantæ erga ciuitatem prouidentiæ, ei donata fuit,* nempe vt ſequenti anno Epiſcopus Antiochenus crearetur. iſta habet Euagrius. quomodo autem poſt duos annos iterum eamdem ciuitatem

uitatem terræmotu quaſſari contigerit, ſuo loco dicemus. *Iſta de clade Antiochena cum Iuſtinus Imperator accepiſſet, præ dolore ſacco indutus, aſpergitur que cinere, exutus purpura & diademate, multos dies in luctu ſedens ſolitarius tranſegit, etiam ſi dies feſti adeſſent, quibus ſolitus eſſet cum ſplendore procedere ad eccleſiam, poſtea vero magna vi auri miſeris præſto fuit.* hæc ex Miſcella a.

a Miſcel. lib. 15.

XVIII. b Euag. lib. 4. c. 8. CLADES DIVERSARVM CIVITATVM.

Sed de aliis Orientis ciuitatibus, quas iiſdem contigit agitari terræmotibus, ex eodem Euagrio accipe, qui hæc ſubdit inferius b: *Oppidum, quod iam Dyrrachium, olim Epidaurus appellatum fuit, terræmotu grauiter concuſſum eſt; ſimiliter & Corinthus, quæ eſt in Græcia ſita: Adde his Anazarbum, vrbem Minoris Ciliciæ primariam, quæ iam quarto illud cladis genus pertulerat: quas vrbes Iuſtinus magna pecuniæ ſumma ſuppeditata refecit. Iiſdem temporibus Edeſſa vrbs Oſroenorum ampliſſima & beata vndis Scirti torrentis præterlabentis fuit obruebatur, vt multa ædificia aquæ impetu abriperentur, & infinita hominum multitudo, quos flumen ſecum euexerat, interiret. Edeſſa igitur & Anazarbus ab ipſo Iuſtino noua nomina accepere, & vtraque vrbs Iuſtinopolis appellata eſt.* hactenus de his Euagrius, ex quo Nicephorus & alii accepere. Sed ad magnum illum Zoſimam ipſe nos reuocat Euagrius, de quo iſta habet c:

c Euag. lib. 4. c. 7.

XIX. DE B. IOANNE EPISCOPO CÆSARIENSI.

Sunt & alia complura ab eo edita miracula, quorum maximam partem ſilentio prætereuns (quippe vix, aut ne vix quidem numerari poſſunt) quædam hoc loco percenſebo. Eo tempore, quo Zoſimus in magna nominis celebritate, & pari cum Zoſimo virtutum excellentia præditus vixit Ioannes in Chuzubica Laura (qui locus poſitus eſt in extrema valle ad Aquilonarem partem viæ regiæ, quæ Hieroſolymis recta ducit ad vrbem Hiericho) vitamque monaſticam, eamque à rebus terrenis quaſi penitus ſecretam & liberam degit, & vrbis Cæſareæ, quam Sextiam, Epiſcopatum adminiſtrauit: Hic Ioannes Chuzubites, poſtquam vxorem Archeſilai, de quo ſupra locutus ſum, alterum oculum radio effoſſum audiuit, propterea ad illam contendit plagam, quam acceperat, conſpicaturus: Vbi autem vidit pupillam penitus excidiſſe, & oculum ſede dilapſum, cuidam ex medicis, qui eo conuenerant, mandat, vt ſpongiam afferat, oculumq; dilapſum in ſedem quam commode poſſet, induat, & ſpongiam appoſitis faſciis alliget.

XX. INGENS MIRACVLVM DE OCVLO RESTITVTO.

Archeſilaus vero aberat: ſiquidem id temporis cum Zoſima erat in eius monaſterio, quod eſt locatum in oppido Sinduna, quod Cæſarea abeſt ad ſummum quingenta ſtadia. Cum maxima igitur celeritate itur ad Archeſilaum, vt de his rebus certior fieret. Archeſilaus forte cum Zoſimo conſidens, ſermonem cum eo contulit. Quibus rebus nunciatis flebiliter eiulare, vellere capillum, dilacerare, & eundem in cælum verſus iacere cœpit. Zoſimo vero cauſam roganti; Archeſilaus quid acciderat, lamentis & lacrymis crebris interpoſitis exponit. Itaque Zoſimus, illo relicto ſolus ad cubiculum propere accurrit, in quo Deum (ſicuti ſæpe eſt id genus hominibus) familiariter compellat. Paulo poſt egreſſus ad Archeſilaum geſtiens & modeſte ridens dixit: Abito domum lætus, abito gratia Chuzubitæ tributa eſt: vxor tua ſanata, vtrumque oculum habet integrum: nam calamitas iſta nihil ei potuit adimere: quandoquidem ita Chuzubitæ placuit. Quæ duo miracula ab vtriſque viris illis iuſtis vno eodemque momento edita fuere. eſt mentio de cœnobio Chuzuba dicto in Prato Spirituali d; vbi & de eodem Ioanne, antequam fieret Cæſarienſis Epiſcopus, mira narrantur. Pergit vero de Zoſimo ita Euagrius:

d Prat. Spirit. c. 13. 24. 25.

XXI. DE LEONE EXHIBENTE ZOSIMO ASINI MINISTERIVM.

Porro iſto Zoſimo iter quodam tempore Cæſaream facienti, ſecumque aſinum, cui res quaſdam ſibi neceſſarias impoſuerat, adducenti, occurrit leo, & aſino Zoſimi abrepto, diſcedit. Zoſimus per ſiluam vſque eo inſequitur, quoad leo voratis aſini carnibus ſatur eſſet, in quem hilari vultu & ſubridenti intuitus, dixit: At vero ô amice, iter iam mihi penitus interruptum eſt: quippe cum annis plurimis onuſtus ſim, & ætate admodum prouectus, nec valeam ea, quæ aſino erant impoſita, humeris portare. quare tu hoc omnino contra naturæ tuæ conſuetudinem geſtes, neceſſe eſt, ſi modo Zoſimum ex hoc loco diſcedere volueris: poſtea autem ad priſtinam feritatem, naturamque propriam redibis. Tum leo ſuperis prorſus oblatus, ſubblandiri, & placidus ex tempore ad Zoſimum accurrere, & ipſo corporis habitu obſequij ſignificationem dare cœpit. Cui Zoſimus onus, quod aſinus geſtauerat, impoſuit, eumque ad portas vſque Cæſareæ deduxit, quo declararet tum virtutem, & potentiam Dei, tum quod omnia tamdiu hominibus inſeruiant, ob temperentque, quamdiu ſecundum eius voluntatem vitam inſtituimus, & gratiam nobis donatam nequaquam deprauamus. hucuſque de Zoſimo, pauca ex multis referens Euagrius, ſui temporis res geſtas conſcribens.

XXII. e Niceph. lib. 17. c. 5. DE ZOSIMO ET MARIA ÆGYPTIACA.

Hæc eadem ferme ad verbum Nicephorus recitat e, qui & mox de alio Zoſimo, qui iiſdem temporibus vixit, iſta ſubnectit: *Alter vero quoque eminuit Zoſimus, non ille quidem ſolitariam degens vitam, ſed in quodam Palæſtinæ cœnobio inter monachos commune certamen perſequens. Quem ſacerdotio fungentem, rem diuinam arcanorum myſteriorum Ægyptiacæ illi feciſſe aiunt; illi inquam, Ægyptiacæ, quæ tanto in re primum carnis voluptate defluxiſſe dicitur, vt nihil prorſus carnalis petulantiæ intentatum reliquerit; eoque vitioſæ libidinis peruenerit, vt eam eloqui verbis nemo poſſit; deinde ad ſummam virtutem ita enaſiſſe, vt altera ab altera illuſtraretur. Sed enim illa vt in Ægypto prognata, & quo vitæ genere vſa, multis libidinis magnitudine in poteſtatē ſuam cen mancipia redegerit; & vt diuino nutu ad ſacroſanctum lignum Crucis venerandum excitata, in viam ſe dederit; & inde diuertens Iordanis quoque flumen tranſierit, & in interiorem ſolitudinem ſeſe abdiderit, neq; cum quopiam homine præterquam vno iſto Zoſimo collocuta ſit, ciboque ſimul & veſtitu abſtinuerit; denique vt inter precandum in ſublime ſublata, cum Zoſimo hoc verba contulerit, vitamque illius finierit, & in diuina communione participauerit, necnon vt illi leo ſepulchrum effoſſum parauerit, & vita ipſa exemplum pœnitentiam agere volentibus commodiſſimum reliquerit; Sophronio, qui olim Hieroſolymitanam Sedem Antiſtes exornauit, memorandum relinquimus, qui eleganter ſancta eius fœminæ & Zoſimi vitam deſcripſit.* hucuſque Nicephorus. Porro quam Græce ſcripſit Sophronius vitam Mariæ, Paulus diaconus Neapolis eandem tranſtulit in Latinum, quæ præ manibus habetur f. Conueniſſe autem ipſam Mariam Zoſimum his ferme diebus, ex iis, quæ Sophronius in eius vita ſcribit, apparet; dum roganti Mariæ, quo ſtatu Dei eſſet Eccleſia: fugata diſcordia, pacem eſſe redditam, affirmauit. quod plane his temporibus conuenit.

f Sigib. de Script. Eccleſ. c. 69.

XXIII.

Cognita quidem atq; probata fuiſſe eiuſdem Mariæ Acta vniuerſæ Catholicæ Eccleſiæ, tum de Orientalibus fidem faciunt Menologia, tum de Occidentalibus Martyrologia, citata atque recepta eadem reperiuntur in ſecundo Nicæno Concilio g, nec non à S. Ioanne Damaſceno h & aliis tum Græcis, tum etiā Latinis auctoribus. Accidit autem, vt huius pœnitentis exemplo complures meretrices ad meliorem frugem conuerſæ, perarduum vitæ inſtitutum arripuerint: huiuſcemodi namq; pœnitentibus Iuſtinianus Imperator (vt ſuo loco dicemus) monaſterium Conſtantinopoli inſtituit. Vixit iiſdem ferme diebus alia Maria patria Tarſenſis, quæ & ipſa ex meretrice pœnitens in monaſterio vitam tranſegit i. Sed & alium k Zoſimum iiſdem conſtat vixiſſe temporibus & ipſum genere Cilicem, de quo ſuo loco dicturi ſumus.

g Concil. Nicæn. 2. Act. 4.
h Damaſ. de imag. orat. 3.

DE MARIA TARSENSI. i Prat. Spirit. c. 31. k Ibid. c. 16.

XXIV.

Eodem anno Ioannes Hieroſolymorum Epiſcopus cum ſediſſet annos vndecim, moritur, inque locum eius ſuffectus eſt Petrus. Ita quidem ex Nicephori Chronico, cui conſentiunt, quæ in Actis S. Sabæ leguntur his verbis l: *Dum autem multum temporis interceſſiſſet, & magnus Saba ad octoginta & ſex annos ætate prouectus eſſet, decedit quidem Ioannes, relicto ſucceſſore Petro, viro virtute inſigni.* hæc ibi.

l Extant apud Sur. die 5. Decemb.

IESV CHRISTI Annus 526.

IOANNIS PAP. Annus 3. IVSTINI IMP. 9. THEODORICI REG. 34.

I.

QVi ſequitur Chriſti annus quingenteſimus vigeſimus ſextus, ſolus Olybrii abſq; collega Conſulatu redditur Faſtis à Marcellino deſcriptis: quo ipſo anno Idibus Iunij data habetur à Ioanne Romano Pontifice epiſtola ad vniuerſos Italiæ Epiſcopos, qua eos

hor-